

Annuitatem sive Annualem Reditum centum sexaginta sex librarum tresdecim solidorum et quattuor denariorum praefato Sebastiano et Assignatis suis, a festo Annunciationis beatae Virginis ultimo praeterito, ad terminum et pro termino Vitae eiusdem Sebastiani de Thesauro nostro Haeredum et Successorum nostrorum per manus Thesaurari et Camera-riorum nostrorum Haeredum et Successorum nostrorum ibidem pro tempore existentium, ad festa Nativitatis Sancti Johannis Baptisuae, Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini et Annunciationis beatae Mariae Virginis, per aequales Portio-nes annuatim solvendam ; prima solutione inde incipiente ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptisuae ultimo praeterito ;

Eo quod expressa mentio etc.

In cuius rei etc . . . . .

Teste Rege et Regina apud Saint James XXVII. Die No-vembris.

Per breve de Privato sigillo—*Rymer*, XV, 427.

## LIX.

*Decree of Queen Mary, dividing the pension of Sebastian Cabot with William Worthington.*

Anno D. 1557.

Rex et Regina omnibus ad quos etc. salutem.

Cum nos, per Literas nostras Patentes gerentes datam apud voestem. vicesimo septimo die Novembris annis Regnorum nostrorum secundo et tertio, de gratia nostra speciali, ac ex certa scientia et mero Motu nostris, necnon in consideratione boni veri et acceptabilis servitii nobis per dilectum servientem nostrum Sebastianum Caboto Armigerum antea impensi et tunc in posterum impendendi, pro Nobis Haeredibus et Successoribus nostris dederimus et concesserimus praefato Se-